



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Fasciculus Exercitiorum Et
Considerationum, De Præcipuis Veritatibus Christianæ Fidei Et Sapientiæ -
Ad efformationem Christianæ vitæ, consecutionem salutis æternæ
collectus: & usui accommodatus

Druzbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066332

Pars XVII. Erga Animas in Purgatorio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45396

EXERCITIORUM P A R S XVII.

Erga Animas in Purgatorio.

EXERCITIUM I.

De Commiseratione super Animas Purgatorii.

1. **S**tatue te coram Purgatorio, Animabus fidelium defunctorum pleno, variisque earum cruciatibus referto, & miserabilibus lamentis resonante.

2. Ex isto horribilis luctuosique loci conspectu; exfuscita in te vehementem commiserationem super Animas: ad easque quàm studiosissimè juvandas te ipsum provoca. Ad quod juvabunt te sequentes causæ.

1. Quia manus Domini tetigit eas: Manus (inquam) justitiæ rigorosæ, nec per misericordiam vitæ istius, temperatæ. Manus illas, de quibus dicitur; *Horrendum est incidere in manus Hebr. 10. 31. Dei viventis, Dei ulciscantis, Dei puram pœnam purâ satisfatione exigentis.* Ex quibus tamen manibus, tu liberare potes has Animas, si velis.

2. Quidni autem velis? cùm connaturale sit homini compati afflictis, non tantùm hominibus, sed etiam brutis. Ac si belluarum vel nostrorum ipsorum Corpora in calamitate posita cernentes,

tes, miseramur instinctu naturæ; quanto magis Animarum; & quidem Sanctarum; in acerbarum afflictione misereri naturale erit: & subsidium ferendum accingi decebit?

3. Præsertim; cum Animæ illæ sustineant maximè, & inæstimabiliter appetitæ sibi rei (nempe summi, & ultimi Boni) damnum acervationem. Quòd bonum, quanto justius, & ardentius, incessabiliusque amant; tanto sine dubio violentius dolorosiusque ab eo privantur, & eo privantur: ad illiusque fructum, & possessionem pervenire, in pœnam delictorum prohibentur.

4. Accedit autem huic Damni pœnæ, in hac vitâ incogitabili, & quoad suam acceptionem imperceptibili, alia pœna sensûs & doloris ab illo igne inflicti: qui in tantum est in sua acceptione, per omnipotentiam Dei; ut ipsos Spiritûs immateriales adurere, atque excruciare possit, tam veris, quàm miris modis.

5. Auget Animarum calamitatem, quod in utrisque his, maximè afflictivis pœnis, nullum sibi auxilium, nullum solatium (præter Spem finis aliquando futuri, sæpè tamen, quando futurus sit ignoti, in pœnam negligenter hinc rata salutis) omnino per se afferre possint: necessarium est illas rigorosam Dei justitiam, & patientiam adæquare, usque ad novissimum quadrantem: absque nullâ condonatione, remissionem, mitigationem: nisi hoc eis aliena Clemen- ritas, & suffragatio, apud Deum obtineat, pœnamque ipsis debitam pro ipsis solvat.

6. Adæquare autem rigorosam Dei justitiam, in illâ præsertim Vitâ, Animæ ibi patientiam

nimis valde rigorosum est: sicut ipsa justitia valde quoque nimis exacuta, & à condonatione omni depurata, & deterfa est: ut proinde etiam Animæ sit nimium pœnalis, & dolorosa. Quod totum videtur Dominus voluisse indicare illo suo exaggerandi futuras pœnas modo; *Ligatis manibus, & pedibus projicite servum inutilem, in tenebras exteriores.* Ut enim qui ita colligati sunt, nullum sibi subsidium ferre possunt, nisi alienâ ope juventur; sic destinati ad illas pœnas, nullum habent apud seipfos subsidium.

Matt. 22. 12.

3. Ex his metire si potes, rigorem justitiæ Divinæ: tum rigorem Animarum pœnæ, utrumque purum, & nullatenus mitigatum; ac demum metire studium tuæ super istas Animas miserationis; quod, & quantum te illis impendere convenit?

4. Atque hoc est, quod in præsentî à te desideratur: hoc inquam est: quod pœnis suis Animæ Purgatorii clamant, & postulant dicentes. *Miseremini mei, &c.*

Job. 19. 21.

P R A X I S.

Sit Oratio Ecclesie. Fidelium DEUS omnium conditor & redemptor, Animabus famulorum, famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis & regnas in secula seculorum.

Vel alia: quæ quoties dicitur, Anima è Purgatorio liberatur.

DEUS qui nobis in Sacrà Sindone, qua corpus tuum Sacratissimum de Cruce depositum, à Joseph invo-

Handwritten notes in the right margin, including the number '11' and other illegible characters.

560 Exerc. II. De Viscerosa super Animas
involutum fuit: Passionis tuæ vestigia reliquisti: Con-
cede propitius: ut per mortem ac Sepulturam tuam
ad Resurrectionis gloriam perducamur. Qui vivit
& regnas cum DEO &c.

EXERCITIUM II.

De Viscerosa super Animas Purgatorii Com-
miseratione.

1. **S**tatue te coram Purgatorio, Animabus
no, pœnis referto, & ejulatibus dolorum
tium resonante.

2. Commoveantur in te viscera piissimæ
Charitatis, liberalissimæque miseracionis super
eas.

3. Miserere illarum tanquam pupillarum
orphanarumque: quas deseruit omnis caro,
Sanguis earum, in horâ summæ afflictionis
rum.

4. Miserere illarum tanquam infantularum
quibus omnis Materna, & Nutritoria cura;
maximè necessaria est; tam penitus deficit.

5. Miserere illarum vel exulum, vel ut
proforum expulsorum à facie Patris, Patr-
Cognatorum, Concivium, omniumque
rum: sed ablegatorum, deportatorumque
ras in terram desertam, & inaquosam, terram
plenam sulphuris, & sulfuginis, terram ad
nia solatia sterilem, ac tantummodo calamita-
tum, dolorum, pœnarumque feracem.

6. Miserere illarum: tanquam Ovicularum
lanienæ & occisioni, Mortique destinatarum
in suis doloribus, & cruciatibus mansuetiffim-
gementium: atque unicâ se, in rigorosâ
justi-
V. P.

justitiæ voluntatem, plenissima resignatione solentium: & ad hominum piorum hinc viventium, misericordem pietatem respectantium, & anhelantium.

7. Miserere illarum: tanquam pretiosi, & viventis auri, quod in fornace fuloniis, hoc est, in rigidissimi judicii Divini, conflatur, liquatur: donec ad purum omnis scoria separetur, & excoquatur ab eo: egrèdiaturque vas purissimum, vas auri solidum, vas cælestis civitatis ædificatione dignum.

8. Miserere illarum: tanquam captivatorum, & in vinculis detentorum, derelictorumque: tormentis, & quæstionibus, equuleisque assiduè subjectorum: nec nisi post plenissimè exactam, exhaustamque, suppliciorum decretorum seriem, ab infelici ergastulo eliberandorum.

9. Miserere illarum: tanquam servorum, plus quàm 10. millia talentorum Domino suo debentium: nec unde solvant habentium: ac ideo venundatorum: & in propria pelle debita luendo solventium: nec dimittendorum; *donec Matt. 5. 16. solvant universum debitum, usque ad novissimum quadrantem.*

10. Miserere earum: tanquam ægrotorum omni genere morbositatis æstuantium, & sub omni dolorum genere fatiscentium: insuperque in omnibus his paralytica tabe torpentium: quæ instar spirantium viventiumque fascium colligati, nullum sibi met auxiliium, vel tantillo motu, aut mutatione præbere possunt.

11. Hisce omnibus calamitosorum generibus Animæ purgatorii non modò sunt similes; *V. P. Druzb. Op. V., N n sed*

sed etiam exaggeratissimo excessu miserabiliter coram
res.

12. Ex quo conjice: quàm te viscerosâ
ritate, quamque incessante pietate, profuturi
& prodigum in solatia harum Animarum
conveniat? & quantâ crudelitatis, crudelitate
que, convincantur esse fideles hîc viventes:
Animarum illarum nullâ, aut vix ullâ, commiseratione
aliquando tanguntur?

P R A X I S.

Oratio Ecclesiæ. *Fidelium Deus*

Vel de Sacrà Sindone: quæ habetur supra Exerc. I.

DEUS, qui nobis in Sanctâ Sindone quâ
tuum Sacratissimum de Cruce depositum,
seph involutum fuit, Passionis tuæ vestigia reliquisti
concede propitius, ut per mortem, & sepulcrum
tuam, ad Resurrectionis gloriam perducamur:
vivis & regnas cum Deo Patre, in unitate &c.

EXERCITIUM III.

Penas purgatorii graviores esse vulgari sententia

1. **S**Tatue te coram Purgatorio Animabus
no, pœnis referto, ejulatibus earum
sonante.

2. Excita in te commiserationem super
mas: studiumque juvandi illas in te exacue:
que tum hoc Purgatorii ipsius intuitu; tum
tionibus sequentibus.

1. Animæ enim illæ in Purgatorio posite
Sanctæ sunt: & omnino ab omni culpâ,
coram

coram oculis Dei mundæ: obligatione tamen re-
 tuque pœnæ inveniuntur vincitæ: à quo nexu
 per se ipsas exsolvi nequeunt ullâ industriâ: nisi
 patiendo satis ad æqualitatem debiti. Eo mo-
 do; quo truncus aliquis in igne positus, nullum
 sibi potest allevamentum ab igneo ardore adfer-
 re: sed purè cogitur ardere; nisi quis extrinse-
 cus aquam affundat. Auteo modo: quo later,
 olla, vitrum, aurum, tam diu in fornace suâ uri-
 tur, & ardet; quamdiu debitè ad artificis judi-
 cium non excoquitur.

2. Debitum verò pœnæ in illa vita longe
 gravissimum esse solet: gravius longè quam à
 nobis hîc cogitari, ac præsumi solet, vel etiam
 potest: eò; quòd Divinæ Justitiæ rigor, longè
 aliter, nempe, severiùs, culpas in illa vita pon-
 derat, acriorique pœnâ dignas judicat, quam
 nos hic pœnas culpis nostris, aliorumvé, taxa-
 re solemus. Adeo ut levissimæ, nostro sensu
 maculæ, maximo supplicio expientur in judi-
 cantis Dei judicio.

3. Sæpè etiam nostris oculis virtutes viden-
 tur, quæ à Deo igne purgatorio expiantur: juxta
 illud dictum de Deo; *Nunquid oculi tibi carnei Job. 10. 4.*
vident, aut sicut videt homo, & tu videbis? Ex quo
 capite sæpè accidit: ut à nobis aliquæ Animæ
 præsumantur jam beatitudine dudum perfrui
 cum Deo: quæ interim acerbas defectuum suo-
 rum pœnas in purgatorio luunt justitiæ Dei.

4. Cujus rei causa illa est: quia nullus ho-
 minum ordinariè, potest peccati, defectusvè
 sui, (ac multò minùs alieni) gravitatem, vel
 levitatem plenè cognoscere, scrutari, taxare:
 pœnamque illi debitam justè definire: sed hoc so-

Handwritten notes on the right edge of the page, including the number 7 and other illegible markings.

lius est Dei: qui intuetur cor, & scrutatur re-
 cùm homo non nisi ea ferè videat, quæ foris
 tent. Inde fit; ut contra nostrum sensum vul-
 rem, iudicio suo Deus pœnas culpis nostris
 finiat: inde parvis & brevibus culpis, longa,
 graves in purgatorio irrogantur pœnæ: quæ
 etiam accidit in pœnis hujus vitæ, quas Deus
 vibus culpis infligit. Inde jubemur de propiti-
 to quamvis peccato securi non esse. Inde pu-
 gatorium longiùs sapè ferunt, qui hîc pau-
 peccasse visi sunt.

5. Porrò ex multis & abditis (nostræ ac-
 fontibus conditionibusque; DEUS ponderat
 defectûs nostros, nobis parvos. 1. Ex suâ Di-
 gnitate. 2. Ex statu nostro. 3. Ex suis in-
 beneficiis. 4. Ex suis nobiscum commerciis
 seu contractibus in spiritûs familiaritate. 5. Ex
 specialibus nostris ad Deum debitis, contractibus
 per nos, ob speciales etiam Dei favores in nos.
 Cui enim plus datum est, plus requiretur ab eo.
 Majorem observantiam exigit expectatque Pa-
 ter à filio, Mater à filia, Sponsus à sponsâ, Domi-
 nus ab intimo cubiculario, quàm à culinario se-
 vo, à focariâ, à quovis postremæ familiæ uno.
 6. Ex scandalo aliorum, seu ex dato malo exem-
 plo, aut bono non dato aliis. 7. Ex voluntario
 advertentia, deliberationeque majore: aut mino-
 re. 8. Ex affectûs vehementiâ rationalis, vel sen-
 sualis. 9. Ex tentationis vehementiâ, vel exigui-
 tate. 10. Ex auxiliorum opportunitate negli-
 gentiâ. 11. Ex rebellione ad lumen Gratiæ & re-
 sistentiâ. 12. Ex habitu peccandi, ac recidivatio-
 nis. 13. Ex conatu & pondere voluntatis ad

peccatum, vel in peccando. 14. Ex diuturnitate moræ in statu peccati. 15. Ex defensione, excusatione vè peccati, 16. Ex complicitate in peccato. 17. Ex gratiæ, & amicitia Dei pluribus gratibus. 18. Ex tarditate. 19. Ex tepiditate pœnitendi. 20. Ex levitate pœnitentiæ, seu satisfactionis, dolorisque in præfenti pro peccato. 21. Ex lentitudine, & debilitate averfionis voluntatis à peccato, & peccando. 22. Ex destructione gloriæ Dei: bonique Exempli damno per defectus nostros. Hæc, similiaque, peccatorum & defectuum nostrorum adjuncta, nostris æstimationibus impervia sunt: Dei verò oculis planè nuda, & perspecta, faciunt; ut aliud sit Divini judicii pondus in nostrorum defectuum pœnis, & aliud nostrum de iisdem judicium. Faciunt etiam hæc: ut sano judicio attento, non tam parvi sint æstimandæ imperfectiones nostræ à nobis: nec tam levi dolore cordis, aut corporis, expiari posse putandæ. Cur enim non secundum has omnes rationes doleamus, & defleamus, expiemusque nostros defectus, secundum quos videmus eosdem à Deo expendi, & pro eis pœnas exigi, sive in illâ vitâ? Quæ animadversio utinam in Animis etiam perfectorum altè resideat! magis certè vitarentur defectus ordinarii, magis expiarentur, magis per actiones perfectas studiosè supplerentur.

6. Accedit: quòd pœnæ Purgatorii, attentâ ratione, & conditione Purgatorii, nunquam sint tam leves, & molles quomodo à nobis reputantur hîc: etiam si sint tales quæ apud nos esse leves experimento sciuntur: sed levis hujus vitæ pœna, in purgatorio non potest non esse acer-

N n 3

bissima:

biffima: tum quia pœnam Damni semper ad-
 ctam habet, cui nihil comparari potest;
 quia pura pœna est, purè crucians, & cruci-
 do sensum nequaquam obtundens, ut solet
 in hujus vitæ pœnis: sed integram vivacitatem
 sentiendique facultatem conservans. Siquide-
 Anima Corpore nudata, plùs, & acriùs longè
 patitur, quàm pati solet, aut potest corpore
 sita. Neque enim totus & purus cruciatus,
 Animam in corpore sitam & per illud patienter
 penetrat: sicuti ad ipsam nudam pertingit, tan-
 quam nullatenus in corpore hebetatus. Denique
 quia nihil adjuncti alicunde solatii habet, pœna
 purgatorii, prout nostrates pœnæ habent.

7. Adhuc autem gravitas pœnarum purgatorii
 tam elevata est, & supra captum major, ut no-
 stræ pœnæ iis comparatæ, pictæ sint veris colla-
 tæ: ignisque noster frigidus, ac pictus sit,
 flammæ purgatoriæ compositus. Animæ cujus-
 dam experimento edoctæ, apud Cyrillum ver-
 ba sunt, quæ sequuntur: & habentur inter opera
 D. Augustini. *Si omnes, quæ in Mundo cogitari
 possunt pœnæ, minori cruciatui, qui in purgatorio
 est comparentur, solatia non pœnæ videbuntur. Mal-
 let quilibet viventium, omnibus, quæ hic videntur
 pœnæ, & tormenta, (si illas experimento nosset)
 usque ad mundi finem, simul, sine remedio cruciari
 pœnis, quas omnes homines, ab Adam, hucusque
 sigillatim pertulerunt, quam uno die, in Purgatorio
 minori quæ illic habetur pœnâ torqueri.*

3. Excogita si quid potes ad pœnarum Pur-
 gatorii acerbiter explicandam, accuratius:
 quod si nihil præterea, neque super ea, in cor-
 tuum ascendit; tandem ergo pœnas purgatorii
 incipe

incipere æstimare, & formidare: tandem te miseratio capiat, tot, tamque Sanctarum, & subsidii indigarum, tamque intolerabilibus cruentibus involutarum Animarum: & simul ad opem illis ferendam; simul ad pœnarum illarum obligationem, abs te ipso, dum hic vivis, avertendam, abolendamque, omni studio accingere.

P R A X I S.

Oratio Ecclesiæ Fidelium Deus &c.

Vel Oratio de S. Sindone: quæ quoties dicitur toties Anima liberatur.

DEUS, qui nobis in Sancta Sindone, quâ Corpus tuum Sacratissimum, de Cruce depositum, à Joseph involutum fuit, passionis tuæ vestigia reliquisti: Concede propitius, ut per mortem & sepulturam tuam, ad resurrectionis gloriam perducamur. Qui vivis, & regnas cum DEO Patre in unitate Spiritus Sancti DEUS, per omnia secula, &c.

EXERCITIUM IV.

De Motivis excitantibus ad ferendam opem Animabus Purgatorii.

1. Statue te coram Purgatorio Animabus pleno, pœnis referto, & ejulatus dolentium resonante.

2. Excita te ad fervens studium satagendi pro Animabus illis: easque quàm diligentissimè & efficacissimè à pœnis illis expediendi.

1. Excitet te ad hoc studium, (præter jam in aliis Exercitiis prædicta) Sanctissimæ Trinitatis desiderium, atque placitum: quo illa optat

Handwritten notes in the right margin, including "K. 1" and "II 7".

Animabus purgatorii à nobis subsidium fieri, adhuc in hac vitâ degimus, & maximam communitatem ad id præstandum habemus. Ne cum Animæ illæ sint Deo dilectæ, desiderant hementer Deus admitti illas ad beatitudinem, fruitionem, laudationemque sui: nisi adhuc consisteret justitia sua. Huic ergo justitiæ satisficere cum à nobis commodissimè possit, impensè Deus vult, summèque illi gratum est. Quam niam justitiæ Dei fieri satis, idem est, quod accipere liberationem desiderii illius Divini, quæ Deus fertur ad Animas illas glorificandas, finemque ultimo fini, & Summo Bono æternam uniendas: quod Deus non minore, imò longe majore desiderio cupit Animabus præstare, quam ipsæ sibi præstari desiderant Animæ.

2. Excitete ad idem studium, Jesu Christi Domini, Redemptorisque Animarum, voluntas sanè ardentissima. Quid enim Jesus magis cupiat, quàm Animas tanto suo labore, sumptibusque, & suæ, & illarum, hîc in Mundo vitæ tempore, quæsitæ: tandem tandem completionem salutis, & beatitudinis obtinere? in quo, cum illas status purgatorii præpediat, ab hoc impedimento, per nostram pietatem, satisfactionemque liberari, optatissimum, gratissimumque Christo est. Maximè cum Animæ illæ sint Christi Domini membra: eidemque in illo charitate perfectâ unitæ. Maxime item, cum beatitudo Animarum, sit ultima merces omnium Christi laborum, passionum, ac meritorum: idè non potest illis Animabus gratia præstari vel negari à nobis, quin simul valde immediate vel præstetur, vel denegetur ipsi Christo.

3. Excitet te ad eandem pro Animabus Purgatorii sollicitudinem, Pretiosissimæ Dei Parentis studium: cujus sicut voluntas conjuncta est cum voluntate Filii; ita neque Honor est separatus: neque studium in juvandas illas Animas dispar: quare sicut summè desiderat Beatissima Mater, finalem Animarum illarum in Deo requiem, per istudque, ultimam Dei à suis Creaturis exaltationem, nec non ultimam etiam Christi sui Filii meritorum mercedem; ita eas à nobis sollicitâ pietate juvari, est eidem Matri Virgini gratissimum.

4. Excitet te ad eandem in Animas Purgatorii Charitatem, Angelorum, omnium quidem, qui per Animarum nostrarum beatitudinem, ruinas cælestis suæ Jerusalem instaurari tam gaudent, quàm optant: potissimum tamen custodum Angelorum studium, in hanc rem est longè maximum. Auxilio enim quod nos præstamus Animabus Purgatorii, acceleratur, completus fructus Custodiæ laborisque ipsorum circa Animas: quod absque dubio Angelis Custodibus est perquam gratum. Maxime quia tunc temporis, & in tali statu positis Animabus, nos auxilio sumus, quando Angelorum, etiam Custodum, circa Animas Purgatorii, vel cessat, vel fermè sterilis fit, quantum ad allevationem pœnarum in eis, diligentia, & industria custodiendi. Tantùm enim juvare possunt Animas vel nos excitando: vel Deum, ut nos excitet, precando, ad præstandum Animabus per nos subsidium. Quo solo modo Angeli Custodes, & Animas suas, & seipsos solantur in suâ erga Animas easdem pietate, atque Charitate: quæ

N. n 5

& sum-

Handwritten notes on the right margin, including the number 7 and some illegible characters.

& summa in eis est, & valde compassiva, ac proinde nostra pro Animabus cura, valde est grata.

5. Excitet te ad idem pro Animabus purgatorii studium, Sanctorum cum Deo regnantium cupiditas ejusdem in te erga Animas illas studi. Amant enim Sancti illi, Animas hasce plurimum & vehementer cupiunt earum secum in beatitudine conjunctionem: sicuti & valde dolent (quo dolere possunt modo) earundem à se huc abjunctionem durare: Cujus abjunctionis solutio, & conjunctionis accessio, non potest non esse Beatis jam sanctis, cum augmento accidentalis alicujus gloriæ, in Beatis omnibus ac præsertim in illis, qui aliquando quapiam ratione magis conjuncti fuerunt, vel sunt, cum Animabus talibus. Quare quando nos de his patientibus Animabus benè meremur, & beatitudinem illarum nostrâ Charitate acceleramus: hoc etiam ipso plurimum meremur de ipsis Beatis in Cælo regnantibus.

6. Excitet te ad idem studium, desiderium ipsarum Animarum purgatorii: non illud solum, quo illæ optant à malis pœnarum solvi, & beatitudinis suæ bono potiri: sed illud præcipuè; quo illæ Deum optant propter Deum: & propter ejus gustum, atque gloriam de se in Deum redundaturam, optant etiam uniri Deo: eique ultimum fructum de seipsis reddere: & pro ejus circa se Providentiâ, tantâ, tamque efficaci similiter, tam sumptuosâ, tam constanti, tam persuam multiplicem indignitatem, & ingratitude nem morosâ, & molestâ, etiam in ipsâ purgatione per Purgatorium exhibita, gratiarum actionem

nem finalem, beatificèque consummatam, exhibere. Ipsum enim Purgari, bonum Animarum est: & nollent illæ impurgatæ ad Cælum, Deique visionem beatificam venire, esto vellet id Deus eis indulgere.

3. Ut ergo, tot, tam Sancta, tam justa, tam magnavota Angelorum, Pretiosissimæ Dei Matris, Domini & Dei, Redemptorisque nostri Iesu Christi, demumque, ac super omnia Sanctissimæ Trinitatis, expleas; accinge te ad ardens, impensum, assiduum, ac liberale studium; ferendi Animabus, prout cum Divinâ gratiâ, secundum statum tuum prævalebis, auxilium, atque suffragium.

P R A X I S.

Oratio Ecclesiæ. Fidelium Deus &c.

Vel de Sancta Sindone: quæ quoties dicitur, toties Anima liberatur.

DEUS qui nobis in Sacrà Sindone, quâ corpus tuum Sacratissimum de Cruce depositum, à Joseph involutum fuit: Passionis tuæ vestigia reliquisti: Concede propitius: ut per mortem ac Sepulturam tuam, ad Resurrectionis gloriam perducamur. Qui vivis, & regnas cum DEO &c.

EXERCITIUM V.

De aliis motivis juvandi Animas purgatorii.

1. *Statue te, coram Purgatorio Animabus pleno, cruiatibus referto, & ejulatibus miserabilibus resonante.*

2. Ex-

2. Excita te, ad fervens, constansque studium adjuvandi illas Animas, tum isto statûs eorum miserrimi conspectu, tum aliis huc servientibus motivis, atque causis.

1. Excitet te, ad hanc pro Animabus sollicitudinem, Sanctæ Matris Ecclesiæ, tum exemplum desiderium. Manifestum est enim: Ecclesiam nunquam oblivisci Animarum illarum omnibus suis ad Deum precibus, etiam suffragiis pro defunctorum Animabus adjungere. Manifestum etiam est, id ipsum à filiis suis, pro iis Animabus, ut fiat, Ecclesiam velle: & se multum probare: cedit enim hoc in ipsius Ecclesiæ solatium in hac vitâ, in præmium autem in alterâ: affert optimum, optatissimumque fructum Sponso suo: & se in Animabus plene participatis, exhibet Virginem castam, non habentem rugam, neque maculam, faciendam tamen illorum, Dei conspectu, & fruitione dignorum. Præterea, Mater, Ecclesia, juvando Animas illas per nos filios suos hîc adhuc degentes, exerts vitalem influxum charitatis, ac pietatis, in membra, tanquam pia Mater: minimè obliviscitur tradens eos, qui à se hinc descendunt: sed eorum curam gerens nihilominus, opemque præferens utilem, opportunam, & necessariam.

2. Excitet te ad hoc pro Animabus illis studium, utilitas Animarum illarum optatissima, opportunissima, in necessitatis extremæ articulo, exhibita beneficentia: quàm proinde impossibile est illis non esse gratissimam; Etenim nullum beneficium, majus, opportuniusque possunt recipere Animæ illæ, quàm ut extrahantur de illo lacu miserrimo, utque solvatur

ipsis debitum, utque eliberentur de Vinculis, de tenebris, de tormentis: adducantur autem ad summum & interminabile bonum, ad possessionem nimirum, fruitionemque Dei æternam. Cui beneficio, secundum se spectato, manifestum est nullum in bonitate, & excellentiâ conferri posse.

3. Excitet te ad idem studium pro Animabus Purgatorii, tua propria, quæ in te ex hoc studio redundat utilitas. Primò enim hâc pietate, plurimum apud Deum, totamque cælestem curiam mereris. 2. Exerces plurimos actûs Virtutum multarum: Fidei, Spei, Charitatis Dei, & proximi, misericordiæ, & compassionis, justitiæ, gratitudinis, fidelitatis, liberalitatis, aliarumque intercurrentium in ipsis operibus, quæ pro ipsis animabus fiunt, optimarum actionum.

3. Exerces, & excitas in te, timorem Purgatorii, studiumque, & propositum curandi, ne & tu ipse aliquando venias in illum locum tormentorum: curam quoque efficacem vivendi, & existendi semper in statu gratiæ: sine quo, tua opera omnia (utpote mortua, ac a mortuo profecta) nihil prodesse Animabus. 4. Excitas, & exerces in te, propositum fugiendi peccata, & malam vitam: agendi pænitentiam: prospiciendi Animæ tuæ de subsidiis, suffragiisque post tuam mortem. 5. Excitas & exerces actu, pænitentia ipsa opera: Orationes, Eleemosynas, jejunia, aliasque afflictationes tui. 6. Excitas te ad studium, & exercitia perfectionis, puritatis Animæ, & conscientia, mortificationes, & victorias tui, strenuosque actus pro tuâ ipsius salute. 7. Excitas in te, fidem & metum iudicii

Divini

Divini post mortem, ejusque severitatis, & in
ad severam, feriamque morum tuorum, & in
spectionem, & correctionem, censuramque
cenderis. 8. Factitas opera varia devotionis quibus
indulgentias sacras consequaris, in tuam
Animarumque Auxilium. 9. Facis tibi obligatas
Animas, tum quæ in Cælo jam beatæ sunt: tum
has ipsas; quas existentes in pœnis, ab eis liber-
ras: ut suo tempore, potentes beatitudine, tuam
singularem curam gerant, orando pro te, gra-
tias tibi opportunas à Deo impetrando, & mor-
tem Sanctam, liberumque à purgatorio hinc
transitum obtinendo: Media congrua tam pro
hac præsentī, quàm pro illâ alterâ vitâ provide-
ndo: vel ut à Deo provideantur exposcendo.
10. Mereris; ut pro te mortuo, Deus excites
post modum multos ad orandum, & satisfaci-
endum, pro te in Purgatorio existente. 11. Me-
reris etiam; ut pro te mortuo, facta à vivis sus-
fragia, efficaciter, infallibiliterque tibi profici-
ant, & applicentur à Deo, sicque citò è pur-
gatorio libereris. 12. Mereris etiam; ut Deus
in hac vitâ det tibi media, auxiliaque multa, &
efficacia, hic vivendi, atque moriendi, sine ob-
ligatione culpæ, & pœnæ, ut ita sine purgatorio
transeas ad cælum. 13. Excitas ipsas etiam Ani-
mas, etiamnum in purgatorio positas, ut pro te
vivo, aut mortuo sint sollicitæ: ut pro te orent,
tuasque necessitates, Deo speciali cura com-
mendent, pericula propulsent, gratiam tibi pro
Gratiâ jam tunc referentes: facturæ id ipsum
absque dubio plenius jam DEO in cælis fru-
entes.

3. Ista igitur omnia excitent te, ad singula-

rem,

rem, constantemque diligentiam, & liberalitatem, in afferendo Animabus illis Sanctis, sed nec dum Beatis, auxilio.

P R A X I S.

Oratio Ecclesiæ. *Fidelium Deus &c.*

Vel Oratio de S. Sindone: quæ quoties dicitur toties Anima liberatur.

DEUS, qui nobis in Sanctâ Sindone, quâ corpus tuum Sacratissimum, de Cruce depositum, à Joseph involutum fuit, passionis tuæ vestigia reliquisti: Concede propitius, ut per mortem & sepulturam tuam, ad resurrectionis gloriam perducamur. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula, &c.

EXERCITIUM VI.

De aliis motivis ad juvandas Animas Purgatorii.

1. Statue te coram Purgatorio, Animabus pleno, pœnis earum referto, ejulatibusque earum miserabilibus resonante.

2. Moveat te, ad commiserationem, & ad opem illis ferendam, tum iste illarum lamentabilis, calamitosusque, quem animo & fide cernis, locus, statusque, tum sequentes causæ.

1. Moveat te, ad commiserationem, super has Animas hoc: quia nulli egeno, vel digniùs, vel fructuosiùs, vel gratiùs, vel faciliùs, vel efficaciùs, vel solidiùs, auxilium, solatiumque præstare potes, quàm Animabus Purgatorii. Animæ enim illæ, sine dubio dignæ sunt auxilio, cum sint Sanctæ & Deo charæ, in ejusque Gratiâ, & Amicitia.

Juvan-

Handwritten notes in the right margin, including the number '11' and other illegible characters.

Juvantur verò in re summi momenti: nempe finali Beatitudinis æternæ, fruitionisque Divinæ affectatione. Appetunt summè juvari, & ad idem justissimo appetitu: quid enim justius appetitur, quàm Dei æterna possessio, & fruitio? Nihil certe miserabilior egestas, quàm Deo carere, nullæ majores divitiæ, quàm Deum beatificè habere, & possidere. In hoc tali passu, Animæ se ipsas juvare non possunt, nisi satisfaciendæ quæ est miserissima miserorum conditio: & hæc ferè in solis Animabus purgatorii reperitur. Summa etiam Animæ illæ nobis amicissimæ, & affectuosissimæ, omnisque boni nostri, ac potissimum salutis æternæ nobis cupidissimæ: pollent enim jam tum perfectâ Charitate, tum Dei, tum proximi benignaræ sunt ex proprio experimento, statûs nostræ quamvis & aliunde illum scire possint, sciantque Parvo satis labore, sumptu, impendioque juvare nobis possunt. Et quidem ampliùs, ac efficacius longè, quàm suâ perpeffione pænarum licet gravissimarum. Quoniam exigua nostra præsentis vitæ satisfactio pro illis oblata, plus illis solatiæ fert, quàm magna & diuturna illarum tormentorum. Juvantur præterea infallibiliter, & cum indubitato effectu nostrarum satisfactionum. Denique non tantùm nullo nostro dispendio juvantur, sed etiam cum magno nostro lucro & bono. Nihil siquidem nobis perit eorum, quæ pro illis impendimus, imò ad nos cum multiplici fænore rediunt in sinum nostrum convertitur omnis noster sumptus pro eis factus.

2. Moveat te, ad curam pro Animabus purgatorii: quia oblivio, & neglectus earum, præterquam quod sit Deo, totique cælo ingratus, etc.

nemp...
 que Div...
 ri, & q...
 usius app...
 uitio? N...
 deo care...
 ceatifice...
 Anima...
 ispatiend...
 o: & ha...
 ritur. S...
 & affect...
 mum salu...
 im jam tu...
 roximi...
 tatùs nos...
 sciantq...
 que juva...
 e efficac...
 m licet g...
 ra præle...
 is solati...
 n tormen...
 a indubit...
 Deniq...
 vantur...
 ono. N...
 illis imp...
 ore redien...
 noster su...
 rnam bus p...
 arum, p...
 ngratus...
 ex

xofus, Christianaque Charitate planè indignus;
 nsuper arguit in homine neglectore, oblivioso-
 que, magnam inesse socordiam spiritùs, totiusque
 dei: arguit dormientem, & sopitam, & in terre-
 nis sepultam Charitatem Dei, & proximi: arguit
 quoque magnam incuriam rerum æternarum, &
 futuri sæculi oblivionem, iudicii que Divini vili-
 sionem. Arguit item hæc oblivio Anima-
 rum purgatorii, magnum defectum Spei Chri-
 stianæ, Timoris, Charitatis, itemque Grati-
 tudinis, benefactores, amicos, socios, familiares, cives:
 ta ut negligentia ista, arguat propemodum infi-
 delitatem, barbariem, & impietatem. Denique
 hæc negligentia, arguit parvam etiam propriæ
 Animæ salutisque curam: parum vivax, & sanum
 Corporis Christi, & Ecclesiæ membrum: quod
 scilicet vitam, & vitæ effectum, communicatio-
 nemque non transmittat ad commembra sua, con-
 traria naturam utique vivi membri, in uno, eodem-
 que corpore siti.

3. Moveat te, ad studium fervens pro Anima-
 bus purgatorii hoc etiam; quòd sicut diligens
 cura pro talibus Animabus plurimas utilitates cu-
 ranti adfert: ita negligentia plurima damna negli-
 gentibus adducit. Ac nominatim, quòd qui hoc
 modo alios juvare neglexit, negligetur etiam ipse
 post suam mortem ab aliis: imò si quid pro illo
 fiet, id iusto Dei iudicio aliis impendetur: sive his,
 quibus ille impendere debuerat, sed neglexerat,
 sive aliquibus aliis juxta Dei placitum. Ignorans
 enim ignorabitur. Et; *Quà mensurâ mensi fueri-* Matt. 7. 2.
tis, etiam remetietur vobis: dixit Dominus.

4. Moveat te etiam, ad idem pro Animabus
 purgatorii studium: Odium erroris, & impieta-
 tis

tis hæreticæ, odium fraudis diabolicæ per hæ-
 cos negantis, sutrahentisque subsidium pie-
 Animarum defunctorum fidelium: odium
 negligentiam multorum frigidorum Catholicorum
 qui de Animabus, mortuam planè curam, &
 dem habent. Si Hæretici, vel nulli, vel pauciores
 essent, plures essent qui animarum istarum ju-
 darum zelo & studio ferverent: nunc quòd plures
 hac peste, impietateq; laborant, eò pauciores
 marum pii suffragatores sunt; Cura ergo tu, &
 fidei, pietatisque Catholicæ accendi: & sup-
 connitere, vel omnium, vel plurimorum ex
 reticis infidelitatem, ex Catholicis negligentiam
 ex dæmonibus fraudulentiam, invidentiamque
 Amore, & Imitatione Sanctorum studiosè
 Animarum auxilio laborantium.

3. Hæc te animent accendantque ad juven-
 sollicitè, copiosè, constanter, assidueque Anima-

P R A X I S.

Oratio Ecclesiæ. *Fidelium De-*
 &c. Vel Oratio de S. Sindone: quæ quæ-
 ties dicitur: toties Anima li-
 beratur.

DEUS, qui nobis in Sanctâ Sindone, quâ Corp-
 tuum Sacratissimum de Cruce depositum, à
 seph involutum fuit, Passionis tuæ vestigia reliquit
 concede propitius, ut per mortem, & sepulchrum
 tuam, ad Resurrectionis gloriam perducamur: Quæ
 vivis & regnas cum Deo Patre, in unitate &c.

EXER

EXERCITIUM VII.

De Motivis ad juvandas Animas purgatorii, ex statu Sacerdotali, & Religioso.

STatue te coram Purgatorio, Animabus pleno, pœnis earum referto, lachrymosis earum planctibus, ejulatibusque resonante.

2. Excita in te studium ad eas juvandas ex tam misero earum statu.

3. Excita præterea hoc studium in te ex tuo statu spirituali, ac imprimis Sacerdotali; ex cujus naturâ, non solum potes, sed etiam debes, curam, & quidem singularem habere animarum Purgatorii. Hic enim status, ad hoc à Deo in Ecclesiâ est institutus, ut Corpori Christi, tam reali in Sacrificacione, distributioneque; quàm mystico in ejus ad salutem æternam directione, & cum Capite Christo, efficaci, ac finali conjunctione serviat, potissimum in eo laboret. Inde fit; ut Sacerdotes etiam ad animas Purgatorii juvandas peculiari-ter ferri teneantur: non solum quia sunt membra Christi, sed quia membra talia, & in tali statu, in quo, & viva quidem sunt, & opis tamen valde indiga, sed opem sibi ferre nullam valentia: & in manibus Sacerdotum potissima instrumenta sunt; quibus illa Christi membra juvari efficacissime possunt: ut sunt Sacrificia Missæ, Sacramentorum, & usus, & administratio, Orationes Ecclesiæ, & propriæ Mortificationes, Puritas Vitæ, & Zelus animarum.

4. Excita præterea hoc studium juvandi Animas in te, ex peculiari ratione statûs tui Religiosi: ratione cujus, cum optima tibi pars ex Divina largitate

Handwritten notes on the right margin, including the number 11 and other illegible characters.

580 Exerc. VII. De Motivis ad juvandas Animas purgatorie
gitate obvenerit, quæ in Ecclesiâ militante habet su
tur, aded ut optima quæque ex bonis Spiritibus ac proin
bus, ac Divinis, Ecclesiæ communicatis, Religio purgato
forum sint; inde fit, ut maximus, & præcipuus So
fructus Pietatis, atque Charitatis, non quæ sua ut anim
sed quæ Dei, quæ Christi, quæ proximorum, eo non
Animarum in purgatorio positarum quærem rem, u
Religiosis personis ordinibusque expectetur, ergo, u
desideretur. Quare Animabus Purgatorii datque
ximè tenentur opem ferre Religiosi: quia nec & nec o
mè possunt: possunt autem: quis præcipuus hujus c
Gratiæ Dei, meritorumque Christi pignoribus, gent, cū
muneribus abundant: mediisque ac modis non po
cumfluunt. Jesu, &
gere de

5. Adde; quòd status Religiosus, cum firmaturâ status Pœnitentiæ, mortificationis, satisfactionisque omnimodæ, inde fit, ut facillime, simul & efficacissime, animabus prodesse possit Religiosi, omni suo opere, dummodo non gessentur animabus applicare. Quorum opera etiam hoc secluso, quòd sint ratione status pœnitentia, & pœnitentiæ: tamen propter solum statum, & simul Virtutem statui insertam Religiosorum cæteris paribus, magis sunt placentia Deo, meritoriaque, ac impetratoria, satisfactoriaque, ad juvandas animas purgatorii aptiora, quàm aliorum hominum opera.

6. Potes præterea, ac debes animabus purgatorii præcipuam opem ferre, ex ratione status Religiosi, hujus in specie, in quo quisque est: cuius naturam, & prærogativas específicas, ad hoc negotium servientes, quisque facillè viderit, quis se alicujus religionis filium noverit, & amoverit. Ratio status Religionis Societatis Jesu habet

habet suas in hac parte commoditates à suâ naturâ,
ac proinde etiam ad strenuè juvandum animas
purgatorii, obligationes suas proprias.

Societas JESU in hunc finem instituta est;
ut animas Jesu Christo lucretur, & conjungat, &
eo nomine omnes labores exhaurit. Oportet
ergo, ut hunc suum circa animas hominum labo-
rem, Charitatisque cursum prosequatur, impen-
datque etiam in Purgatorio: ubi & animæ sunt,
& nec dum plenè Christo conjunctæ sunt, & in
huius conjunctionis affecutione alienæ opis e-
gent, cum sibi ipsæ ferre auxilium (nisi patiendo)
non possint: ac proinde ibi Caritas Societatis
Jesu, & filiorum ejus locum habet, imò pertin-
gere debet.

Hoc nisi Societas JESU faciat; faciet suam
Charitatem imperfectam, & mancã, & quidem
in maximè principali: quia ultimata, & finali
portione Charitatis. Caritas enim nunquam
excidit: ideoque, & fide, & spe major, ab Apo-
stolo prædicatur: hæc verò si Animas purgato-
rii non sequitur; excidit plenè: nec finem habet,
(nisi ante finem,) quia animas non deducit usque
ad ultimam, summam, finalem, æternamque bea-
titudinem, & cum Christo Deo sub beatificam
conjunctionem.

Hæc finalis Caritas, & in finem Animas et-
iam purgatorii fovens, Societatem JESU decet ex
titulo ipso suo, Nominis scilicet JESU, quod
Salvatorem sonat. Salvator autem, proprie, ac
ultimatè Jesus, non fit, nisi tunc; cum actualiter,
efficaciterque, completè, & ultimatè, Animæ sa-
lutem ac beatitudinem per Jesu Christi meritare-
cipiunt: Deoque fruitivè potiuntur. Ut ergo

582 *Exerc. VII. De Motivis ad juvandas Animas* purg
re ipsâ efficaciter, finaliterque JESUS, sit JESU & hoc
& Societas JESU complete, juxta nomen suum juvari e
Societas JESU; Animas ex purgatorio, operâ præpe
studio illius educi, & cum JESU beatificè conjungi idonea
oportet. Quod etiam si omnibus JESU Christi que sup
servis, (cujuscunque conditionis, status, & ordi di ater
nis sint) competit: attamen vel solius Nominis Ob o
instituti que causâ, speciali quadam ratione Soc Anima
tati JESU, ejusque filii incumbet. Sic enim ve ad beat
suo Nominis, atque instituti Fini respondebunt justoru
cùm sui Ducis Nomen realiter facient id est quia ab
quod sonat in se: & cum Merita sui JESU, efficaciter, finaliterque effundent in Animas redemptæ seu sup
& salvatas Sanguine JESU. cùm pr
per illu

Adhuc autem, cum Societatis JESU primari in Deu
finis & unicus scopus sit, semper majorem rum An
gloriam curare; Major autem Gloria Dei, nihil tamen
tenus à Creaturâ esse possit, quàm pervenire malo n
Beatitudinem, & fruitionem Dei æternam; (quæ purgat
est enim, sicut maxima merces, ac Gloria, quæ Gratiâ
Deus facere potest Creaturæ, ita vicissim quæ to cor
Creatura potest referre Deo: estque hæc solâ ralissim
cui uni, omnia serviunt opera Dei ad extra; Je ritatis i
tur Societas JESU, nullo modo efficacius fini vo
tionis suæ facit satis, quàm quando Anima
efficaciter, ac re ipsâ in statu beatitudinis ultimæ
collocandas, ultimatè adaptat. Hoc verò in nullo
suo labore præstat certius, quàm quando Anima
è purgatorio liberat.

Alii enim labores, Animabus viventium im
pensi, sæpè steriles sunt: sæpè non finaliter effe
caces, ac fructuosi: at verò Animabus Purgatoriu
impensi, nec steriles esse possunt, nec nisi efficaciter
finales sunt: cùm hoc unum spectent, scilicet
& h

& hoc unum restat, in quo Animæ purgatorii adjuvari egent, ac debent; ut Animas à Beatitudine præpeditas, ab impedimentis absolvant, & cælo idoneas reddant, & ad illud transmittant, demumque supremam Deo Gloriam impendant, impendendi æternaliter faciant.

Ob quam etiam causam; Deus magis desiderat Animas purgatorii, in gratiam suam juvari, & citò ad beatitudinem dirigi à nobis; quàm alias, sive iustorum, sive peccatorum, in hac vitâ degentium: quia ab illis promptissima est, & certa, & ultimata, seu suprema Deo Gloria: ab his verò non item: cum præter statum viatorum convertibilem semper istæ sæpè remoram, obicemque ponunt suæ in Deum, & in se Dei Charitati. Unde peccatorum Animas, etsi velit Deus juvari, quodammodo tamen vult invitus; utpote sibi, proprio earum malo merito, exosas, & inimicas: Animæ autem purgatorii sunt confirmatæ, & consummatæ in Gratiâ, Charitate, Amicitiaque Dei: quare ex toto corde suo Deus illas quàm studiosissimè, liberalissimeque adjuvari desiderat, & gaudet.

Hæc igitur te moveant ad redundantiam Charitatis impendendam Animabus Purgatorii.

P R A X I S.

Oratio Ecclesiæ. Fidelium Deus
&c. Vel Oratio de S. Sindone: quæ quoties dicitur, toties Anima liberatur.

DEUS, qui nobis in Sanctâ Sindone, quâ Corpus tuum Sacratissimum de Cruce depositum,

à Joseph involutum fuit, *Passionis tuæ vestigia*
quæsi: concede propitius: ut per mortem & sep-
turam tuam, ad Resurrectionis gloriam perducam.
Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate &

E R G A

Animas Purgatorii.

Exempla & Praxis Liberalitatis Christianæ

Fuit olim, & nunc etiam est in Sanctâ Catho-
 licâ Ecclesia, is piorum ardor ad Animas
 Purgatorii adjuvandas, ut non contenti ordi-
 riis atque solitis Sanctæ Ecclesiæ, ipsas adjuve-
 di modis, eò liberalitatis erga ipsas, docent
 & juvante Deo, processerint; ut exspoliantes
 metipfos omnibus suis satisfactionibus con-
 Deo, eas liberaliter conferrent in Animas
 Purgatorii subsidium. Ita factum olim, à S. Ge-
 trude Virgine legitur in libro *Insinuationem De-*
vinæ Pietatis, ab ipsâmet hac Sanctâ, jussu Divi
 no exarato. Hoc idem liberalitatis opus exer-
 tum, à P. Marcello Mastrillo, ex Societate JESU
 non ita pridem in Japoniâ pro fide Christi Marty-
 rium passio. Eadem liberalitate in Animas pur-
 gatorii usum, P. Ignatium Lojoram, Fundatoris
 Societatis JESU & cognominem, & eadem
 sanguine, Societatisque instituto junctum, in
 Paraquariâ Brasiliæ provinciâ laboribus, & vi-
 functum; tradunt Annuæ literæ illius Provincie.
 At ulterius sese protulit liberalissima pietas in eas-
 dem Animas, Patris Hernandi Monsoy, ex eadem
 Societate JESU, uti scribit de eo Pater Joannes
 Rho in *Histor. Virtutum l. I. c. 4. §. 3.* qui non
 solum suas satisfactiones, quas vivens habuisse
 omnes

omnes, verum etiam omnia suffragia quæcunque pro illo, suâ vitâ functo, habenda essent, vivens Deo pro Animabus obtulit: Cupiens, ut ne quidem post mortem suam, Animas Purgatorii non juvaret, modo quo posset.

Novi & ipse ejusmodi in Animas Purgatorii liberalitate præditos, tum de Societate JESU tum alios, etiam seculares statu, homines, quorum aliqui jam vitâ functi, aliqui etiamnum superfunt. Quos si quis aliquando, vel ex toto, vel ex parte, imitari volet; hæc ei, quæ subjungitur commodare poterit;

P R A X I S.

Liberalitatis in Animas Purgatorii.

Dignissima, & Sanctissima Trinitas, unus Deus meus: puro Tui amore, ut Tu exalteris, quantum per me potes, debes, scis, & vis, & das; quantum etiam ex Te dignus est; ut JESU Christo merita sua compensentur, ut Pretiosissima Parens Dei Maria, & tota cælestis curia exhilaretur, ut Animabus Tibi dilectis, sed nondum purgatis, tuoque Beato conspectu necdum dignis, bene sit, ut earum S. Angeli Custodes, cæterique Patroni Sancti, fructu curarum suarum, cito, & finaliter gaudeant;

Ego N. totius residua mortalis vitæ meæ operationibus, & Passionibus quibuscunque, Animas purgatorii juvare cupiens, & statuens, omnes & singulas Actiones, & Passiones meas, usque ad mortem, ipsumque mortis meæ articulum, & opus, Tuæ Divinae Majestati offero, applico, dono, (voveo,) in omni earum applicabilitate, quâ pro illis applicari, & illis prodesse possunt: Exceptis solùm iis, quæ quia aliis ob alienam potestatem debeo, non est mei arbi-

trii Animabus illis donare. Ipsam tamen hanc exceptionem, & exceptionis praxim quamlibet, pro iisdem in auxilium offero, secundum gustum tuum Domine JESUS meus. Nullum omnino fructum actionum, perpeffionumve mearum mihi reservo, quicumque aliquomodo Animabus prodesse possit, etiam Te vivorum, & mortuorum Deo.

Præter hoc, Domine, eodem affectu volo, (et voto promitto,) & permitto tibi illa omnia, quicumque post meam mortem, miserante te, juste passurus sum in Purgatorio; totum propter Te, nunc acceptans, & quod licet mihi, omni meliori modo meritorem, satisfactoriumque faciens; quantum possum, & quatenus prodesse Animabus Purgatorii, hoc etiam nunc potest, aut tunc forsitan poterit, iisdem Animabus jam nunc dono, & applico.

Insuper offero Tibi Deo meo: omnes totius Ecclesie tue Sanctæ, omniumque Tibi Gratorum satisfactiones: quin etiam omnes omnium Creaturarum actiones, atque passiones, mihi per meam intentionem, quocumque modo nunc jam appropriatas, & communicatas: & Animabus Purgatorii juxta Sapientiam Tuam prodesse idoneas: atque nunc jam, per me ad hoc applicatus: meas item satisfactiones, nec non omnium Creaturarum quascunque mutationes, toti Sanctæ Ecclesie, ab ejus Origine, ad usque finem mundi duraturæ, impersonatas; uniendo omnes tanhas, quàm illas quascunque, Domini nostri JESU Christi, omniumque Electorum meritis, juxta gustum Tuum, Animarumque illarum indigentiam & utilitatem.

Insuper Domine, Tibi offero, promitto, permittoque in subsidium Animarum Purgatorii, totum quodcunque satisfactorie offertur, & fit, & fiet unquam,

quam, à quocunque, & ubicunque: sive in universà Ecclesià, sive in totà nostra Societate JESU, sive à quacunque particulari Persona, sive in quacunque alia Tibi DEO Domino meo nota placitaque circumstantià, pro me vivente: Uniendo totum hoc, quantum ex me, Sanguini meritisque JESU Christi, omniumque Electorum tuorum, juxtà gustum, & ad gustum Tuum.

Insuper, Domine, offero Tibi in Animarum Purgatorii subsidium, totum hoc; quod ego, tam in vità meà presenti, quàm post mortem meam, sive in ipso me, sive in quocunque mei, sciens, nesciens, volens nolens, jam tamen ex nunc pro tunc volens, & libens totaliter, sive in Anima & bonis ejus, sive in corpore, sive in fama, commendatione, memoriave mei, sive denique in quacunque alia re, concernente, & attingente me, perpessus sum, usque ad extremum judicii diem: Uniendo jam nunc omnem illam perpeffionem Meritis & Passionibus Domini nostri JESU Christi, ad fructum Animarum Purgatorii ampliolem, ad Tuam verò gloriam omni maxima majorem.

Insuper Domine, omnem si quem apud Te ex dono gratiæ tuæ, ex Christi que Meritis, pauperculus ego, habeo satisfactionum thesaurum, Tibi totaliter offero, dono, & permitto: ut eum dispenses in Animas Purgatorii, usque ad exinanitionem, & denu-dationem mei, quoad omnes satisfactiones meas, meritis, satisfactionibusque Domini mei JESU Christi unitas. Solas mihi satisfactiones, sola que Dominus mei JESU Christi merita reservando, sine quibus Tibi gratus esse, salutemque æternam consequi neque valeo; neque volo: quæque ad eò infinitæ efficacitatis sunt, ut earum virtus, & valor, nullis ad alios ap-
pli-

plicationibus, ab ipsis applicantibus (modo aliam
 etiam capaces sunt) avocari possit. Reservans etiam
 mihi satisfactiones, & intercessionem omnium Electo-
 rum Dei tanquam fratrum meorum, specialissimam
 autem Pretiosissimæ Parentis *MARIÆ*, tanquam
 Hereditatis meæ. Reservans etiam mihi Animarum
 particularium designationem ad hujus Donationis
 meæ fructus percipiendos, juxta voluntatem, et
 obligationem meam incidentem, tuæ tamen Divinae
 Voluntati subordinatam. Qua mea applicatione de-
 ficiente; Tu Domine, sive defectum ejus supple: sive
 juxta tuum beneplacitum, applicationem, dispone,
 & dispensa.

Hæc porro omnia superius à me insinuata, & à
 me Tuæ Deus meus Majestati, in suffragium Anima-
 rum purgatorii oblata; oblata esse volo absque
 meo, (quatenus meo) premio, mihi inde apud Te
 secuturo: sed in Animas easdem satisfactorie redur-
 daturus: Præmii loco, illud solùm, cupiens à Te, ut Tu
 Domine, hanc pauperulam voluntatem meam ac-
 ceptans, ac benedicens, per illam, in Tuis, & à Tuis
 Creaturis amplius, & amplius glorificeris: Ut quæ
 plurimis Ecclesiæ filiis, gratiam, & spiritum efficaci-
 ter tenerum, compassivum, liberalem, studiosum,
 constantem, erga Animas purgatorii juvandas, una
 mecum largiaris: utque per meam hanc, quam ex
 dono tuo concepisti voluntatem, & propter Animarum
 depauperationem, Tuæ quidem Gloriæ, Animarum
 verò beatitudini, aliquid, sive plenitudinis, sive sal-
 tem accelerationis accrescat.

Id ita totum Tuæ Divinae Voluntati, Charitati,
 Majestati, ac Dignitati voveo, promitto, juro, do-
 no: sanguinisque *JESU Christi Domini nostri*, omni-
 umque Electorum, meritis consigno: Nunquam
 scien-

scienter, prudenterque, ac deliberatè, quantum ad me, sim retractaturus, tam in toto quam in parte, usque ad mortem: ad quam usque; esse volo, & ero, servus, operarius, mancipium tuum, propter Animas illas, Animarum autem illarum propter Te.

Tibi Deo meo omnis, & semper major Gloria, in secula seculorum. Et fidelium Animæ per misericordiam Tuam Divinam, requiescant in pace. Amen.

Alia Praxis brevior.

OMnipotens Deus: Ego N. offero Divinæ Majestati tuæ, ad Animarum Purgatorii subsidium: omnes actiones & Passiones meas, quatenus eæ satisfactoriæ sunt, totius vitæ meæ. Offero etiam Tibi, ad idem Animarum subsidium, totum id, quodcumque, à quocumque, tibi offertur, offereturve pro me vivo, vel etiam mortuo, quatenus id quoque satisfactorium aut est, aut erit: jam nunc volens id, Animabus purgatorii prodesse: juxta SS. Voluntatis tuæ beneplacitum, & secundum majorem tuæ Majestatis gloriam: Uniendo hæc omnia, hancque oblationem meam, meritis Domini nostri Jesu Christi, & Pretiosissimæ Dei Matris Mariæ, Omniumque Electorum.

Quantò quis liberalior in Animas Purgatorii, tantò plus sibimet per hoc proficit.

1. Quia hæc liberalitas, liberali, non tantum nihil coram DEO meriti aut valoris detrahit, sed etiam, tantò majorem fructum adfert, quantum ipsa est liberalitas major: quæ nunquam coram Deo esset illi tam fructuosa, si non esset in Animas tam profusa.

2. Hæc

Handwritten notes in the right margin, including the number 280 and some illegible characters.

2. Hæc enim Liberalitas quo est major, liberaliorem apud Deum meretur gratiam in hac vitâ, & gloriam in alterâ.

3. Hæc eadem Liberalitas erga Animas Purgatorii facit, ut per opera nostra, non solum non minus, sed etiam longè amplius impetremus Deo quorumcunque Donorum.

4. Hæc quoque Liberalitas Animabus impensa, non minus, sed potius amplius satisfactoria, Purgatoriique nostri apud Deum diminutiva est: operaque nostra facit: quam illa essent, si animabus impensa non essent.

5. Hæc quoque Liberalitas in Animas Purgatorii, facit nobis amplissimam in Deo, & coram Deo fiduciam: quod intuitu liberalitatis huius, vel plurimum, vel etiam totum nobis de reatu pœnarum purgatorii liberalissimè detrahet, condonabitque. *Beatus enim qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Et; Beati misericordes, quia & ipsi misericordiam consequentur.*

6. Hæc quoque Liberalitas in Animas, non tantum non est contraria Charitati, quam quisque sibi ipsi debet, sed est potius pro istâ Charitate. Sicut enim parcitas, aut negligentia in iuvandis illis Animabus, & contra Charitatem non tantum illis, sed etiam ipsis nobis debitam ita è contrâ, liberalitas erga illas, est valde secundum utramque Charitatem: & specialiter in hoc passu; ut per eam nos ipsi, pro nobis debito purgatorio, multum Deo, ejusque justitiæ satisfaciamus.

7. Nam cum (juxta dicta) per hanc in Animas liberalitatem, opera nostra coram Deo reddantur

dantur, magis & meritoria, & impetratoria, & satisfactoria: sequitur, quòd, cùm aliquis opera sua (præsertim si liberaliter) offert Deo pro Animabus illis, hoc ipso plurimum serviat Charitati sibi à se debitæ. Qui autem in hac parte negligens, & parcus est, in suam ipsius Charitatem (maximè quoad Purgatorium sibi leniendum, abolendumvè) injurius est.

Beatam Gertrudem cæperat aliquando pænitentia aliqua, suæ talis in Animas Purgatorii liberalitatis: eò quòd sibi videretur nuda comparitura coram Christo, erogatis à se suis omnibus in Animas. Cui Dominus solatium tale dixit: *Mater quæ plures filias habet, singulis adultioribus vesticulas providet: solam autem infantulam habens nudam suâ propria veste contegit, & fovet: Id ipsum ego tua paupertati nuditatique faciam.* ait Dominus.

Alterâ vice eidem S. Virgini, similem Dominus mærorem absterfit, hoc modo: Voluit, ei ab omnibus Sanctorum Ordinibus conferri symbolam meritorum: quæ cum facta esse; incipiente Beatissimâ Deiparâ; apparuit Gertrudis ditissima. Atque hisce modis ostendit Dominus, nihil deperdi de suis bonis, liberalibus eximiè in Animas Purgatorii: quin imò securè, & magno cum fænore accrescere ipsis, plurima

coram DEO

bona.

EXER-